

heredibus meis et defendere promitto tibi tuisque heredibus superscripta omnia contra omni pers(ona). Quod si facere noluerimus aut si ego vel heredibus meis contra hanc donationis chartula(m) agere vel litigare aut minuare presumsero, composituro existat ego vel heredibus meis tibi tuisque heredibus auri purissimi unc(ias) duo et solutam poena hec chartula firma permaneat. Quam enim rogavi Iohannem scriniarium sanctae Romanae ecclesiae in mense et indictione superscripta IIII.

Signus + superscripto domnus Gregorius rogatore atque donatore.

+ Petrus v(ir) h(onestus) de Iohannes Bono.

+ Petrus v(ir) h(onestus) qui vocatur Kakabella.

+ Pelegrino de Iohannes de la Ruscia v(ir) h(onestus).

+ Iohannes v(ir) h(onestus)<sup>e)</sup> Scolari.

+ Petrus v(ir) h(onestus) de Iohannes Scolari. Hec omnes testes rogati.

+ Ego Iohannes scriniarius sanctae Romanae ecclesiae hec donationis chartula(m) rogavi et scripsi, conplevi et absolvi.

### III.

*Ptolomeus (I.) von Tusculum sichert Abt Oderisius (I. von Montecassino) und seinen Nachfolgern Schutz für die Mönche des Klosters auf dem Land und auf dem Seeweg zwischen Gaeta und Sardinien zu.*

(1100—1105)<sup>1)</sup>

*Überlieferung: Montecassino, Archiv, Registrum Petri Diaconi, fol. 238<sup>rv</sup> Nr. 569.*

*Vgl. o. S. 36.*

Preceptum Ptolomei consulis de libertate navis.

Ego Ptolomeus gratia Dei consul atque comes Tusculane affido tibi domno abbati Oderisio tuisque successoribus unum navidium in qualicumque navidio sunt tui monachi, ut securi sint in mari et in terra a me et meis hominibus, ipsi et omnia marcimonia eorum, et omnes homines qui inventi fuerint in ipso navidio, eundo Sardineam, et redeundo Gageta. Et si quis de meis hominibus aliquam lesionem fecerit, aut navigium aut hominibus aut eorum rebus, incurrant in iram Domini et perdat omnia sua.

<sup>e)</sup> *dahinter* de Petrus de Iohannes *durchgestrichen*.

<sup>1)</sup> *Zur Datierung s. o. S. 36 Anm. 146.*